

dispositione juris Romani adscriptitiis applicari possit, ideò certè servorum classi eos assignare nulli dubitamus. Per towalem in iis obtinere ex *l. 21. C. de agricol. & censu. verb. cum uterq;* disertè satis probatur. Patrimonialis quoq; seu bonorum subjectio ex eò satis apparet, quod à prædiis, quibus adscripti, nè momento quidem temporis recedere aut amoveri possint *l. 15. C. d. t. & nè domino- rum quidem privatâ pactione l. 2. C. d. t. Franc. Connon. comm. jur. civ. lib. 2. c. 10. n. 5.* Quinimò, durissimam hanc conditionem in suam quoq; transfulerunt sobolem, nec ab eâ ullis privilegiis ullâ dignitate, aut census etiam auctoritate liberari potuerunt *l. 11. & ult. C. d. t. Ant. Perez. prælect. ad Cod. d. t. n. 7. Dn. Joh. Strauch. dis. Just. 2. tb. 16. Arum. ex. 1. q. 11. Diss. Dn. Struv. Syn. jur. civ. ex. 3. tb. 22. negans adscriptitios quoad statum servos esse. Et utiq; insi- gniter pro ipsius sententia facere videtur Nov. 123. c. 17. ubi servo per adversativam particulam opponitur. S. denim Hug. Donell. com. jur. civ. l. 2. c. 9. eidem satisfecit, particulam autem ibidem non adversativam sed exceptivam, speciem à genere eximentem, esse, notandò. Coeterum, utur quoad statum inter servos & adscriptitios nullum discrimen admiserim, alias tamen inter utrosq; obtinere differentias utraq; manu concesserim. Alii nimirum servi simpli- citer & absolutè tam intuitu Domini quàm aliorum, adscriptitii autem tantum respectu Domini pro servis habentur, quoad alios autem jure liberorum hominum fruuntur: & exinde hoc respectu in *l. 18. C. de agric. censu. servis* contra distinguuntur. Cujas. *ad d. t. Bach. ad Treutl. v. 1. d. 2. th. 2. lit. D. Urgep. ex. 2. q. 11.**

Statuliberi.

VI. Nec statuliberos quâ status sui, quò pollent, suspensi- onem meliori fortuna, quàm alii servi, gavisos vel ex eò constare puto, quod, uti alias conditio actum, cui adjecta eadem, suspen- dit, ita statuliberi, qui secundum *l. 1. π de statulib.* destinatum vel statutam ad certum tempus vel conditionem nacti libertatem, usq; dum conditio illa extiterit, vel dies advenerit, servorum classi interea meritò accensentur. Et forte an ad confirmationem nostræ sententiæ ad modum faceret *l. 29. pr. π de statulib.* nisi vicis- sim Ulpianus in *l. 9. §. ult. π de pæn.* difficultatem Doctoribus ha- stenus difficillimam visam movisset. Jacob. Cujas. *lib. 1. obs. c. 37.* more suo ad textus in *d. l. 29. emendationem* confugit, negativè le- gendo,